

Et quando sententia lata cum agnato prædecessore super successione feudi, vel feudali qualitate, præjudicet agnato successori venienti ex persona propria.

SUMMARIUM.

- 1 Fatti series.
- 2 Actor debet resarcire, ac effigere questiones disputacionem existentes, & econtra reo expedire eas multiplicare.
- 3 Possessorum adipiscenda, vel recuperanda, an sit incompatible cum possessori retinenda, ita ut non intentandum alteri præjudicetur, & quando.
- 4 Quare magis expediat, & practicatur possessorum retinenda, quam adipiscenda, vel recuperanda.
- 5 An quando agnatus in re, que prætentitur feudalis, sit hereditas feudatarii legitimus contradictor.
- 6 De defectu potestatis Domini alterius primam Investituram in praedictum agnatorum remissio.
- 7 Successio reddi dubium qualiter feudatum, ut agnatus non sit contradicitor.
- 8 Derivatione, ob quam infidelibus bares extraneus non habet suspetendit immixtione privilegiata, & obnebuli, quo possidetur Fendatarius definitus.
- 9 Quando sit certum, quod agnatus non sit contradicitor.
- 10 Sententia aliqua ad ea cum agnato, vel fideicommissario prædecessore, an obstante successori venienti independenter ex persona propria.
- 11 Quid in transactione.
- 12 De conclusione, de qua n. 10. an & quando procedat in Curia Romana.
- 13 Vettigalia, & Datio sunt de regalibus, & non possunt possidere sine privilegio.
- 14 Principes in Regalibus cogit possessores ad docendum de titulo.
- 15 Regaliam priuatos defunctorum est regalia, & jure privatum bonorum regulantur.
- 16 Possesso facta, sed crevissima ex Statuto continuativo sufficit ad manutinentem.
- 17 Au Statuum continuandum habeat locum in bonis feudalibus, vel fideicommissariis.
- 18 Interuerso possessoris naturalis de facto, an tollas possessionem statim, & certissimum Statutum.
- 19 Possesso capta de mandato judicis cum clausula sine praedictio non praedicta per seipso civili.
- 20 Statuum de continuanda possesse non suffragatur forensibus.
- 21 An ab hunc effectum suffragetur civilitas facta, & privilegiorum, & de differentia civilitatis facta ad effectum istius Statuti, vel alterius inhabilitantis forenses ad acquisitionem bonorum.
- 22 Statuum de continuanda est exorbitans.

Bosius Sfortia

Sfortia Comes Sanctæ Flora	Marius Dux Signi
Franciscus Card.	Constantia
Sfortia Dux Fian	Federicus
Gregorius Boncō- pagnus Dux Sora	Alexander
Hieronymus Cardinalis	Marius
Dux Ludovicus,	

DISC. XLIII.

Franciscus Cardinalis Sfortia, ultimus de linea legitima primogenita Comitum Sanctæ Flora, de anno 1592. contemplatione matrimonii contracti per Alexandrum Sfortiam Ducem Signum eius agnatum, & Eleonoram Ursianam, dicto Alexander, ejusque descenditibus maiulis, cum ordine primogenitura, donavit omnia bona feudalia, & allodialia, per ipsum possessorum in Lombardia, sibi reservatis, Datto Longhe in territorio Placentino, & scilicet 50. mil. tui bonis per eum eligendis, quæ omnia ita reservata, partim inter vivos, & partim per ultimam voluntatem transtulit in Sfortiam Ducem Fianum, eligendo pro dictis

scilicet 50. mil. Castrum Arquati, sequuta vero ejus morte anno 1624. cum Camera Ducalis, tam Castrum, quam Datii predictum vacuan posse possessionem adeptam est, comparuisse autem, tam Dux Alexander, quam Dux Sfortia prædicti, præcedentes, unus in exclusionem alterius possessorum adiungiti, de anno 1629. ex sententia arbitratrice, & Dux Sfortia obiuit, cum subsequente effectu, immitti in prædictorum Castrum, & Dati possessionem continuatam usque ad ann. 1644, quo tempore sequuta ejus morte ab intestato, Dux Marius prædicti Duxis Alexander filius, tanquam agnatus in investitura vocatus ad dictum Castrum, quod prætendebat se cum antiquis pacti, & providentia, & tanquam voluntatis ad fideicommissum ordinatum per prædictum Sfortiam Comitem Sanctæ Flora, cui dictum Datum subiectum esse prætendebat, utriusque possessionem de facto adiungit cum dicti Duxi Sfortia interfecta successo delata, est Cardini Boncompagno proximiiori conjuncto, atque hic in Consilio Placentino possessorum, vel retinenda in vim illius Statuti de continuanda possessione bonorum defuncti in heredem, vel adipiscenda ex Interdicto quorum bonorum intentias in his iuriis judiciali prosecutione, cum Duce Ludovico, præfato Duci Martii interim defuncti filio, & successore, tantum exceptionis ex iustitia parte deductis. Cardinals prædictus nunc Praelatus, Sacri Palati Apostolici Major Præfatus, quamvis in partibus doctos haberet defensores, congregatis tamen aliquorum Advocatorum Curiae convocare voluit pro consilio, & directione, possimmo in ordine ad qualiterum iudicis possessorum, an scilicet magis in infinitum est in illo retinenda in vim dicti Statuti continuativo, vel in altero adipiscenda ex Interdicto quorum bonorum, & an in uno, vel altero respectivo præfatus Dux Ludovicus possessor Castrum jure feudi, seu Investitura, & dati iure fideicommissi ordinati per dictum Sfortiam Comitem S. Flora d. Cardinalis Patrem, dicendum est legitus contradictor.

In hoc iugiter congresu, mea fuit sententia, cui ceteri adhaerentes, quo ad ordinem, seu competentiam unius magis alium Interdicti possessorum, ad evitandas plures disputationes cadentes super dicti Statuto continuativo, quas scilicet reo expediri multiplicare, ita expedit actori, qui magis fieri potest resarcire, & effigere, non magis in uno, quam in altero infinitum est, sed in utriusque cumulatione, in proprio compatibili, absque quoquid unum dicatur alteri prejudiciale.

Quamvis enim regulariter hujusmodi iudicia sint incompatibilia, atque unum alteri prejudiciale, unde petens immitti, faceri dicatur fe non possidere, & con sequenter, si quam habeat possessionem, eam utpote animo derelictam amittat, Ann. alleg. 131. n. 46. m. 3. & 4. Buratt. & Adden. dec. 160. n. 4. dec. 196. apud Polit. de substat. in addit. cum aliis per Poft. de manus obser. 19. n. 33. cum sequenti. Nihilominus id fallit, quando utriusque remedii cumulatio deducitur compatibiliter diversi respectibus, quia nempe possessorum adipiscenda, vel recuperanda intentetur pro sola naturali conjugenda cum civili animo retenta, pro qua congrue petatur alterum remedium retinenda, ut in dubio præsumitur, præsternit stantibus clausulis salutaribus hodie apponi solitus, ex deductis per Buratt. & Adden. dicta dec. 160. n. 19. & 269. Duran. dec. 23. n. 12. cum sequenti. 137. 139. 226. & 275. pars. 6. recent. & in aliis frequent.

Potissimum autem, quoniam id Romana Curia, a moderno tempore hujus facili currentis, prudenter studuit, & studet inhærebit possessorum retinenda, illudque ad casum omnimo possibili trahere, ac effigere alia interdicta adipiscenda, & recuperanda, illud præsternit, quod in Curia prius erat frequentissimum, ex eo quod iusta hodie receptam opinionem, etiam de jure Canonico in foto Ecclesiastico, possessorum retinenda, quoties non determinat per sententiam diffinitivam, sed per decretem, non admittit appellationem suspensivam, quam sine dubio ex iuris Canonici dispositione admittuntur dicta duo alia remedia, ut advertitur dec. 139. num. 43. pars. 6. recent. Ridolfin. in præ. part. 2. cap. 12. num. 270. & seqq. que difficultas in hac facti specie cessabat, dum pro certo supponebatur, ita dicta Civitate Placentina, ejusque Confidencia, in hac materia fervari dispositionem juris civilis in l. unic. Cod. se de momenti, posse, se, per quam indefinita in omnibus interdictis denegatur appellatio suspensiva, unde propter recte nihil refert, an unum, vel alterum concedatur, quod etiam in Urbe, & Stato Ecclesiastico servatur ob Aegidiannam per Paulum III. ita extensam, que tamen lex tanquam laica-

laicalis non attenditur in foro Ecclesiastico, vel in causis, in quibus adest mixtura, vel personarum, vel bonorum Ecclesiasticorum.

Quare toto puncto erat, an dictus Dux Sfortia agnatus possidens Castrum, quod prætendebat feudale, est legitimus contradicitor dicto heredi, qui posita feudalitate supponendus est extraneus, & incapax, tum quia Clericus in sacris, ex deductis in Maslen. Castrorum, in Venafren. & in aliis, tum etiam quia cognatus, & in investitura non comprehensus, in concursu præsternit agnatum.

In hoc autem punto, potius facti, & applicationis, quam juris quodlibet esse videatur, quidquid enim antiquiores variaverint, hodie ex magis communione, recepta est videtur theorica, quod aut certa est qualitas feudalis, cum certa incapacitate heredes extranei, unum ex dictis Interdictis adipiscenda, vel retinenda intentias adversus agnatum, & hic dicendum sit legitimus contradicitor, autem converso res est dubia, vel ob qualitatem rei, quia nempe intentum est, an est feudalis, vel allodialis, five posita feudalitate, dubium sit circa heredes capacitationem, vel incapacitatem, ac sufficientem suoscessores, quamvis independenter, & iure proprio venientes, ex deductis per Molin. de pri. meg. lib. 4. cap. 8. num. 3. cum sequenti. Peregrin. de fideic. art. 53. numer. 49. Fusar. de substitut. quest. 622. numer. 1. & sequenti. Rovit. decr. 1. numer. 38. Gibr. dec. 1. numer. 15. Fab. de Ann. conf. 17. num. 43. & sequenti. Capyc. Lat. conf. 52. num. 2. cum sequenti. Rosenthal. de feud. cap. 9. conclus. 72.

Quod etiam frequens, & quotidianum habemus, ex sa- piens deductis sub tit. de fideicommissis, & sub altero de em- physit. & alibi, in materia transactionis, quæ equi poli- lentes sententia, seu rei judicata, afficit hujusmodi successores, quamvis independenter, & iure proprio venientes, quoties in ista est bona fide in dubio potius præsumenda, de quo etiam in terminis feudalibus habetur in Camerinen. Ca- strorum. hoc tit.

Er quavis Curia Romana, sequendo dec. Putei p. lib. 3. tenet, sententiam latam contra gravatum, non affice- 12 fideicommissarios suoscessores, nisi accedat etiam cita- re per proclama adversus omnes intercessores, vel habere prætententes, ut apud Gregor. & Add. decr. 205. & hanc esse veriorem probat Scacc. de fidei. & re iud. gl. 14. qu. 12. n. 81. & in terminis feudalibus n. 91. & seq. attamen ibi ista materia sunt magis frequentes, contraria ut supra videtur magis recepta, atque in Curia videat potius stylus particularis, non attendendus extra eandem Curiam, si- ve ad summum extendendus ad alias Curias inferiores, ab ea omnino, & immediatè dependentes, iuxta certam con- fuetudinem, & stylorum naturam, ut attendi debeant in individuo, neque extendi de causa ad causam, vel de loco ad locum, ut est hodie recepta, & vulgaris conclusio.

De plerisque alii in hujusmodi congrebus, ac discursu instruictivo desuper edito actuam fuit, in facto magis quam in iure consentientibus, super motibus ex parte rei conventionis, præsternit vero circa consumptum dicta summa- menta reservata in donatione, ac subiectio hujusmodi bonorum in fideicommissu ordinante per Patrem Cardinalis donatoris; & quoad concernentem ordinem iudicis, seu competentiam interdicti possessorum, super quo principali- ter dictus congressus habitus est, in motibus transmissis, quoad datum, nimium ex parte rel. conventi infinitabatur, quod cum illud sit de Regalibus Principis, non intrabane remedia possessoris privilegiata sine cognitione petitoris, pro cuius cumulatione, ut confuta est reorum conventionum cautela, infinitabatur, ex eo, quod ius imponendi da- 13 trad. qu. 19. art. 2.

Hac autem difficultas in presenti cessabat, quoniam etiam defunditus, utpote carens quibusdam qualitatibus, que necessaria sunt ad successiōnem feudorum pacti, & providentia, etiam etiam incapax, eique, posita qualitas feudalis, obstat eadem exceptio, & nihilominus ex len- tentia arbitratrice usque ad annum 1629. non obstante oppositione agnati, ut supra, immisus fuit in possessorum continuatum pacificè usque ad obitum, unde propter recte faltem in possessorio, ita res constituta erat in statu allodiali- tatis, nullaque differentiatione inter defunctum, & heredem, & successore intrabat conjunctio extremorum quo, & ad quem, ac etiam representatio, dum enim de- functus adiungit successiōnem feudi, non habuit in le- gitimum contradicitorum agnatum, de tempore quo urgente ratio dispositatis inter alterum defunctum, & ipsi sui tanquam herede, muli in ius agnatus poterat esse contradictor in dicto casu, in quo dicta dispartes cefabat, & bona constituta erant in statu allodialitatis, ex argumento auto. multo magis & quæratio procedebat etiam repre- 14 sentatio, ubi presuppositive de regalia inter privatos, & ha- beatur

beur plures *sub tit. de Regalibus*, praeferunt in Romana apertus lignorum, ubi de ista conclusione latius.

Quatenus vero pertinet ad Statutum continuativum postfonsis in heredem, habita fuit pro vera conclusio, quod sufficiens esset ad manutentionem, seu interdictum reincidentia ex plene concessis per Poltum de manu, ob. 55. n. 54. & in individuo hujus statuti, Jaf. con. 53. n. 3. & 4. lib. 3. Paris. conf. 41. vol. 1. Redenac. conf. 66. Vetus plures ponderantes fuerunt limitationes, que in contrarium deduc possent, sicut suas haberent responsiones, attamen cum non sint extra questionem, id erat multiplicare disputationes, ac inducere id, quod ex parte rei conventi defederari solet in causarum protractionibus, ideoque in dicto congressu prudens consilium reputatus fuit, ut super hujusmodi questiones effugeret.

Primum siquidem dubitari poterat, an hujusmodi statuta procedant in bonis feudalibus, seu fideicommissariis, aut aliis differentibus, quorum regulariter est incapax haeres extraneus, ob eandem rationem, de cuius supra, deficientis scilicet conjunctionis extremon, a quo, & ad quem, ex deductis post aliis ab eius allegatis per Amat. var. ref. 6. 39. n. 29. & 89. Orthob. deci. 1. n. 11. & seqq. & deci. 195. n. 7. & 8. Et quamvis responderi posset hujusmodi limitationem procedere, quando certa est feudalis, vel fideicommissaria, seu altera differens qualitas inducatur in capitulo hereditatis, sicut autem ibi est dubia, cum tunc hujusmodi discussione pendente, non debet haeres hujusmodi statuti beneficio privari, ex deductis per Orthob. d. deci. 1. & 195. & consequuntur que supra habentur de agnato legitimo, vel non legitimo contradicere, attamen consideratur fuit, quod iste punctus, an hujusmodi qualitas esset clara, vel dubia, transparuit posset disputationes, & moras.

Altera limitatio, seu difficultas resolutabatur ab interventio ne hujusmodi fidei, seu civilissima possessio, cum apprehensione, & retentione possessio naturalis de facto, quo casu Statutum non suffragari, habetur apud Amat. d. ref. 39. n. 30. deci. 10. part. 10. recent. n. 13. & 14. Interam. Fideicommissari 28. Junii 1651. Bichio, & in aliis, videbat ramen hac limitatio etiam superabiles, cum dicta apprehensione, & retentione possessois de facto per Duxem Marium, & successore Duxem Ludovicum agnos, sequuta esset propria autoritate, ideoque virtuosa, & intrusa, qua ex veteri sententia non tollit effectum Statuti, ut in individuo hujus Statuti Placenti, Jafon. d. conf. 85. n. 6. & 7. lib. 4. Paris. d. conf. 41. n. 9. lib. 1. Redenac. d. conf. 66. n. 3. & 4. & generaliter bene Rota apud Martinum Andrew, 36. n. 8. Adden. ad Greg. deci. 307. num. final. Politus alias cumulans d. pref. 55. num. 83. & in d. deci. 57. part. 10. recent. n. 24. & 25.

Clariss vero, quia sequuta morte dicti Fiani ultimo defuncti, prefatus Dux Marus, hujusmodi possessois, in qua successive post eius mortem continuavit Dux

19 Ludovicus filius, apprehendit de mandato Judicis, concessio cum clausula, dimidio possessois vacans, & sine prejudicio habentium meliora, & potiora iura, qui calu, verius, ac hodie in praxi recte est, ob hujusmodi conditionem, vel suspensivam, vel respectiva, resolutivam, non prejudicari vero heredi, fuit alteri iusti habenti, tam in possesso fidei, & civili resultante ab hujusmodi statuto, quam in altera resultante a clausula Constituti, vel similis, ex deductis per Adden. ad Gregor. deci. 322. sub. n. 6. Post. obser. 50. n. 3. cum seq. bene Rota Romana Fideicommissari de Cefis 14. Martii 1657. §. non anterior, coram Dunozetto, Roma na hereditatis 4. Julii 1663. Cerro, & habetur frequenter sub tit. de Fideicommissari, & sub altero de Judicis. Et ad huc tamem consideratur fuit, quid id pabulum prebeat disputationibus, ideoque non expediebat.

Tertia erat limitatio, seu difficultas, quod hujusmodi statuta, upotest in gratiam subditorum edita, suffragari non debent forensibus, & non subditis, qualis erat dictus Cardinalis actor ex antiqua origine Bononiensis, ex altera vero actuali Neapolitanus de ordine patritio, & Magnatum, Penna deci. 771. n. 24. juxta Lugdun. Orthob. deci. 227. n. 5. ubi concordantes.

Pro hujusmodi objecto tollendo, ponderabatur civilitas fida, seu privilegia, ob amplissimum privilegium civilitatis, que de anno 1566, per Duxem Octavianum, concessa fuit prefato Sforzio Comiti S. Floro pro se, eiusque utriusque fidei descendentiis, & quorum numero erat praefatus Cardinalis actor, quam civilitatem, quamvis factam sufficeret in istis specialibus terminis Statuti continuati, late substinet Redenac. d. conf. 1. n. 107. & seqq. Verum su-

per hoc ego habebam difficultatem, quod illa sine civilitate vera, & onerum suppuratione non sufficeret; siquidem dicurando de hujusmodi civilitate fida, tam occasione statuti statui de continuanda, quam alterius forensium inhabilitati ad acquisitionem honorum, quod pariter per reum conventum dicti actori obiectebatur, & cuius statui respectu magis communiter receptum est hujusmodi civilitatem fidam, seu privilegiationi sufficere, ut per Alex. conf. 157. n. 12. & lib. 2. Socc. jun. conf. 7. n. 5. lib. 2. Reginam jun. conf. 56. n. 44. & Jon. Malval. conf. 93. n. 27. cum seq. Cyriac. controv. 205. n. 56. & seq. Rota in Ferrare, de Pendulis coram Rojas inter episcopos impetrata deci. 332. n. 7. & deci. 335. n. 5. & 6.

Dicibam magnam differentiam esse inter unum casum, & alterum, ideoque authoritates, & rationes percurrent istud statutum inhabilitativum, non bene applicari ad alterum continuativum, ut more confluentis, ad causa opportunitate applicare conatur Redenac. diff. conf. 1. statutum enim inhabilitativum, quidquid sit, an est odio sum, vel favorabile, de quo habetur *sub ita de Preminentiis*, ubi de materia civilitatis, & *sub altero accessibus*, admittit eam naturalem succendere, vel acquirendi libertatem, que indefinitè competit, ideoque faciliter admittitur ea est redditus adiutorius, vel remoto hujusmodi accidentis obfacit, pro obtinenda naturali libertate: non sic est in casu dicti alterius statuti, quantum illud esse à jure orbitans habetur apud Amat. dict. ref. 39. Leodini. do-22 minii 10. Januarii 1650. Cerro deci. 93. post Contrarium, & in aliis, ac etiam continet fictionem, ideoque multipli- cande non sunt fictiones, exorbitantia, & specialitatem, cum quia hujusmodi privilegia suis subditis per Principem concessa centurunt in compensationem onerum, ideoque non extendenda ad ea, quibus hec ratio non congruit, & sic magna est differentia inter unam, & alteram statutis speciem, licet hoc deducatur incidenter, & discrivere pro ratione dubitandi, absque eo quod desipit maturum judicium pro veritate eformatur; incertum autem est, quomodo causa revertatur in loco, ad quos pertinet directio, eam derident: hoc unum tamen, reflectendo ad solam veritatem, mihi reverberat certum, quod five in possessorio retinenda ex dicto statuto, five in altero adipiscenda ex interdicto quorum honorum, pro haec parte respondendum esset.

ANNOT. AD DISC. XLIII. & CIV.

I sti duo discussi sunt in eadem causa, in qua, assumendo etiam inspectum boni iuri, seu negotiis principali, proditi a consilio Placentino quadam sententia, ex circumstantiis facti potius quam ex articulis iuri, favore Ducis rei converti, illum obligando ad favorem Actoris, ad supplicationem cuiusdam quantitatis, quatenus satisfacta non esset, eaque aliquibus iusti iuris partis defensoribus meliorem facti notitiam habentibus visa est probabilis. Unde propterea credo, quod ista pars acquiecerit.

De materia vero legitimis contradictionis, ultra ea, que deciduntur in hoc discurso, & in alio 104. agitur *tit. de fidei. deci. 197. cum seq. tit. de Benef. deci. 73. & tit. de iudic. deci. 43.*

Et de statuto continuativo possessois defuncti in heredem, *tit. de fidei. deci. 27. & tit. de herede deci. 26.* ac etiam aliquid inveniatur *tit. de iudic. deci. 44.*

A R I M I N E N . E V I C T I O N I S C A S T R O R U M P R O D U C I S S I S M A R I A , E T I S A B E L L A D E R U I N I S , C U M H E R E D I B U S C A R O L I F É L I C I S D E M A L A T E S T I S .

*Causa decisi per Cameram pro Reginis,
& pender.*

Venditis Castris, & sequi illorum devolutione ob lineam finitam, an & quando debeatur evictio, ut potest sequi evictura de natura rei, & an Castra censeantur vendita tamquam feudalia, vel tamquam allodialia.

De facultate restandi concessa aliqui Feudatario de feudi, & Castris, & quomodo intelligenda sit, & an sit realis, ita ut sit cessibilis, ac transmissibilis in extraneum Castrorum, & feudo rum empore, vel potius personalis.

Et erecta in Castris allodialibus, seu feudalibus ad quof-

quo scimus transitoriis dignitate, seu titulo cum ordine primogenitura ad certum genus, seu linea refracta, an defecta linea devoluntur Castra, vel potius transeant ad heredes, & successores, ad quos alias absque dicta erectione transirent.

S U M M A R I U M .

- 1 *Fa. series.*
- 2 *Distinguuntur questiones habentes in controversia.*
- 3 *Evictio, que sequitur ex facto, & culpa emptoris non est praestanda.*
- 4 *Erecta titulus, seu dignitate super feudis, vel Castris, limitate ad certum genus, vel linea fructus etiam dignitas, non per hoc devoluntur Castra.*
- 5 *Titulus, vel dignitas est accidens, quod non alterat subfructum feudi.*
- 6 *Jus patronatus hereditarium, si sua genitilium, & restrictum ad certam lineam, ista defecta non cessat, sed transiit ad heredes extraneos.*
- 7 *Per creationem primogeniture super feudo, istius natura non alteratur.*
- 8 *Nova qualitas addita feudo, an illud in turum alteretur, eis que prius naturam corrumpat, vel ne, ac de antiquo faciat novam.*
- 9 *Privilegia, & alia transirent cum re in emporem, non autem personalia.*
- 10 *Bulla P. V. de non inseundan. capit etiam prorogationem linea.*

11 *Privilegia personalia non sunt cessibilia.*

12 *Evictio de natura rei non praefatur.*

13 *Emenunt alienam scienter non agit de evictione.*

14 *Debetur evictio ex natura rei, si est promissa.*

15 *An hoc promissio debet esse expresa, vel sufficiat per equi partem, & cum amplissima verborum.*

16 *Quomodo deciderint si questo, an evictio de natura rei, quamvis expresa non promissa, debetur, vel ne.*

17 *Non cortex, & figura verborum, sed substantia voluntatis attendi debet.*

18 *De admixtis, ex quibus res censentur empta etiam quamlibet.*

19 *Exceptio format regulam in contrarium.*

20 *Ex pretio quantitate definiuntur partium voluntas.*

21 *In quibus causis intret questo in materia evictioneis de natura rei.*

22 *Castris & bona iurisdictionalia, an presumantur feudalia in Stato Ecclesiastico.*

D I S C. C X L I V .

C arolus audeo Malatestis, alias de Sogliano nuncupatus, sua tempestate miles clari nominis, possidente in Provincia Emilia, seu Romaniade quampula Castra, & rurum aliqua, juxta illorum temporum conditionem, ipse, siue maiores a nemine recognoscant, aliqua verio in feudum, seu Centum a Monasterio S. Marii de Galeata, sed dedit protectione Sedi Apostolica sub Pio II. qui mediante eius Legato in d. Provincia existente, illum suscepit, cum promissione manutenendi in possessione, dominio, & successione, prout reperiebat, eidem quoque, ac filii & descendentes concedendo in Vicariatum Caltrum S. Joannis in Galilee; deindeque Sixtus IV. & Innocent. VIII. dicti protectionem confirmando, eidem Claro plura concesserunt privilegia, illud preferuntur approbationis, & confirmationis cuiusdam antiquae constitutio libere testandi, quia in hac familia adest supponetur, concedendo etiam in Vicariatum, illum suscepit, & cum titulo Comitatus Caltrum Montis Cogorutti.

Ex ejusdem Caroli successione, nonnulla ex dictis Castris obveniente in Jacobum de Malatestis, qui tamquam pater Leonidas hereditis Cleopatrae de Aliviano prima Uxor, possebat etiam duo alia Castra, de quibus in alia Ariminiana Castrorum disputata in Rota & de qua d. conf. seq. cui Jacobo accedere voleant ad bellum navale contra Turcas, Pius V. multa concessit gratias & privilegia, praesertim auferendo d. Leonidas, & ipse concedendo Castra materna justa fieri, de qua in alia Ariminiana, eaque uniendo cum aliis paternis & antiquis super omnibus titulis, seu dignitatibus Marchionianis erexit, una cum omnibus Castris deferendam de primogenito in primogenitum maclulam, ita tamen quod cesta linea maclulina, hujusmodi dignitas extincta permaneret, confirmingo, & quatenus opus, de novo conce-

dendo liberam facultatem restandi, & disponendi de Castris in persona, etiam incapaces unde tractu temporis, Jacobus, superfluite Carolo Felice ex filio predefuncto nepote, isto ejus linea maclulina primitus vocata, in eum defectum dispositu juxta ferient, de qua in dalia Ariminiana dicitur seq.

De anno 1603, prefatus Carolus Felix, pravia speciali licentia Clementis VIII. mediante Congregatione Baronum, vendidit Antonio Ruino, acquenti pro eis, sui que hereditibus, & successoribus quibuscumque, duo ex dictis Castris, Ciaula illicet, & Montis Cogorutti, pro pretio cent. 28. mil. ergondorum in extincionem ejus eritis alieni, fidei commissari, & primogenitum non obstantibus, juxta dispositionem Bulla Baronum, sub expressa affectione, quod Castrorum praedita etiam cum domum Carolum Felicem spectarent pleno genere domini, vel quasi, quodque essent libera ab omni gravamine, & servitute, cum amplissima promissione evictionis quomodo sequeretur, quoties omnia & singula ex altera vera non essent.

Sequuta morte dicti Antonii emptoris ab intestato, superfluitus filius, per istos narratur fuit Pontificis Pauli V. comitum patris voluntate suffis erigendi in hujusmodi Castris Primogenitorum maclulam, quam morte preventus ordinare non potuit, unde obtinuerunt illam ab eodem Pontifice erigi, cum titulo etiam seu dignitate Marchionianae, extinguidam per defectum linea maclulam.

Quare defuncto de anno 1634, Carolo Maria d. Antonii ex filio nepote, in quo linea maclulina finem habuit, superfluitus duabus fortioribus ab intestato heredibus, Camerales praetendentes factum est, casum devolutionis dictorum Castrorum, illorum possessionem de facto accepit, in ea magis se confirmando, ex quo post bicennium circiter in prelato Carolo Felice de Malatestis, seu Leonido ejus filio, illa etiam linea maclulina deficit, quare prefatus Sorores de Ruinis iudicium instituerunt in Camera contra heredes d. Malatesta venditoris pro evictione, ac restituitione preti, favorabiles resolutiones reportando de anno 1636. & 1648. sed causa ob aliqua accidentia impedimenta plurimi annorum spatio quiescente, illa super rea sumpta cotram Cajerano, datoque dubio, ammandato, alias ut super re latum exequendum esset, sub die 16. Maii 1667. affirmativa prodit resolutio, confirmata in alia disputatione habita occasione novae audiendi sub die 22. Junii 1678. atque mihi pro actibus in his ultimis disputationibus scribenti, reflectendo etiam ad veritatem, dicta resolutiones justae ac probabiles vi sunt.

In hujusmodi autem disputationibus, cum clara esset evictionis obligatio, unde propterea actricum intentio fundata era, totus punctus iuri in exceptionibus ex parte heredum venditoris oppofitus, quares erant, prima nemp, quod hujusmodi evictio sequita esset ex facto & culpa emptoris, qui obsecrata super d. Castris erigit primogenitum cum titulo Marchionius, limitata ad lineam maclulam, per cuius defectum factus erat casus devolutionis, ideoque tamquam evictio sequita ex culpa emptoris praetenda non era, juxta text. exp. in l. fundum mem. 2. hoc jure numer. 27. si mancipium 34. ff. de evict. cum concord. de quibus in terminis feudalibus ubi devolutio sequitur culpa emptoris, Thesaur. jun. lib. 2. qu. foren. 23. numer. 10. ubi ceteri.

Secundum, quod cum in vim dd. literarum, ac Induli P. V. competenter libera facultas restandi de hujusmodi Castris, etiam in extraneis, atque ita devolutionem impediendi, indicito eidem emptori, fuit eius successori ultimo morienti imputari debet, cur testatus non esset, unde pariter inferatur ad dictam conclusionem non praefuisse illius evictionis, quae ipsius emptoris factio & culpa sequita fit; & tertio demum quod cum Antonius empator certam habet notitiam qualitatis hujusmodi Castrorum, ob sibi communicatis dictis literas P. V. ita dicebatur evictio sequita ex natura rei, prouideque de iure non praefatur.

Quibus tamen non obstantibus, ut dictum est, justè pro evictionis praefatione responsum fuit, cum revera nulla ex his exceptionibus sufficiens habet. Quatenus enim per dictum pateretur, quod in dictis literis, neque concedens, neque partis supplicantis, & obtinentis intentione suffit, alterando naturam & qualitatem Castrorum, eaque alias libera & allodialia, efficiendi feudalia, ad certum genus personarum limitata, cum Papa aliud non egret, nisi suppledio voluntatem primi acquirent, ordinare eam primogenitum, quam ipse in animo habens, morte praeventus perficeret.

H 2 non

non poterat, restitutio autem ad solam lineam masculinam cum suppressione, vel extincione, percuriebat ipsum titulum; seu dignitatem Marchionatus, eodem adamus signando, quo dispositum fuerat per Pium V. in codem titulo, seu dignitate, super his & aliis Castris erecta ad favorem lineae matricinae de Malachitis, quoniam non per hoc quod dignitas per extincionem sinecesserat, sequura est Castrorum devolutio, neque eorum natura immutata fuit, ut haberetur in d. alia Ariminens. Castrorum, & in Rota decisionibus in ea causa editis.

Et merito, quoniam titulus, seu dignitas est quoddam accidentem, quod potest adesse, & abesse, prater subiecti corruptionem, atque aliud est dignitas, aliud est feundum, seu Castrum, cui adiungit, ut in propria collationis, seu participationis pretio, cum similibus, habetur apud Rovis, super pragm. i. de t. abus. numer. 72, ac habetur actum in Parmentarius, & plures in alijs hoc ead. tit. ideoque non ex eo quod titulus, feudo, vel Castro adiectus, aliquam habet limitacionem, exinde sequitur illam immutata ejusdem feudi, seu Castrorum naturam, quamvis istud durante titulo, debitus esset obtemperantia talem titulum, & dignitatem, & cum eodem ordinis regulandum sit, quoniam intelligitur accidentaliter, & donec titulus durat, quo expratio Castrum remanet in eius primaria natura, & ita, in d. alia Arimin.

6. Ad quod ponderabam in similis ea quae habemus in materia Jurispatronatus, de sua natura hereditarii, & ad quodcumque transmissio, quoniam si immutata ejus natura fiat gentilium, cum ordine etiam majoratus, vel primum genitum intra certum genus deferendum; adhuc tamen defixa linea, sed familia, non exinde cessat, neque Ecclesia acquirit libertatem, nisi accedant verba praes. fundatores diversa voluntate inuidentia, sed transit adhuc res ipsius de familia, vel genero vocato, juxta opinionem Anchaster. conf. 8t. passim receptam, probata contrario opinioni Geminian. conf. 45. ut dec. 38. par. 1. divers. 505. & 509. part. 5. rec. & in sua materia sub tit. de jure patron.

Et magis proxime in terminis feudaliis habetur in Manu tuana fidei hoc ead. tit. ubi de feudo impropto transitorio etiam ad feminas, in quo feudatarii successores primogenitum exercent, qui tamen cessata, non exinde refutavit feudi devolutio, sed illud remansit in sua primaria natura ad formam investiture.

Ex feudal regula, seu propositione, quod nova qualitas addita feudo, illud non alterat in totum, neque ejus priorem naturam corruptit, sed solum alteratum remanet in parte seu qualitate alterante, juxta doctrinam Affili in Constitutione Regni incipiente, cum circuistitam, in 8. notab. Camerar. in cap. Imperiale 10. in magnis. 509. Mangil. de cunct. 120. Mill. dec. 7. dec. 124. n. 6. par. 11. rec. & 295. & in terminis feudis, an, & quando nova investitura, sive novus Contractus cum Regio afferunt habente vim investiture, cum qualitate alterata, alter priori feudi naturam, ac de antiquo faciat novum, cum similibus effectibus, ex deducatur per Affili. dec. 112. n. 5. Capitaquen. dec. 16. & 17. part. 2. & alias collectos per Modern. de Luca Melisstenen in addit. ad Franc. dec. 75. post numer. 18. ubi plena de hoc puncto, an, & quando feudum antiquum, ex nova superaddita qualitate fiat novum, ejusque prior natura immutetur, nihilominus hujusmodi qualatio intra, ubi alterato est circa ipsam investituram, seu ipsum corpus, & substantiam feudi, fecit autem, ubi est in accidenti, quod potest adesse, & abesse prater subiecti corruptionem, & non tangit ipsum feudi substantiam, ut est titulus seu dignitas, qua est quid omnino diversum ab ipso feudo.

Major difficultas, cum aliqua etiam votorum scissura, in dicta prima disputatione 16. Maij 1667. fuit super secundum motu ipsius evictionis, ob non solum facultati testandi, quasi quod ita sequita est effectorio, que disponendo impedita remanserit; verum, reflectendo etiam ad veritatem, istud motivum omnino insufficiens, nulliusque pondensis ab initio mibi visum fuit, ut in secunda disputatione agnitus fuit, quoniam ex dictarum Pii V. literarum tenore, literaliter constare videtur, dictam testandi facultatem non contineat aliquid de novo, sed solum confirmare, seu innovare dictas antiquas concessiones Sixti IV. & Innocentii VIII. pro approbatione consueudinis particularis hujus familie, & sic tamquam privilegium personale, non autem reale, & annexus Castris, cum quibus transiit faceret in quemcumque posse fore, juxta receptam distinctionem inter privilegia reale & personalia, de qua post antiquiores Menochi. lib. 4. presumpt. 102. plene, & magistratior in Cosenaten. seu Sarzenaten. laudemiorum 19. Junii 1656. co-

ram Albergato impress. decif. 35. post colluctationes Bendeni, & in eadem coram Glislerio dec. 400. p. 9. rec. accedentibus etiam verbis, seu dictiibus, ipsi, vel dictis, perfonalitate elate suadentibus.

Et fortius, accedente nimia inversumilitidine, quod idem Pontifex S. Pius V. dictam facultatem cessibilem, & una cum ipsi Castris in extracos transmissibilem facere voluerit, quoniam ita effet prorogare lineas, qui casus iuxta declarationem factam per Innoc. IX. Confess. 1. comprehensis eis sub ejusdem Pli fricta, & rigorosa Constitutione eis sub ejusdem Pli fricta, & rigorosa Constitutione 35. de non infundandis, ideoque cum de tempore hujusmodi literarum dicta ejusdem Pontificis Confit. jam proficeret, omnino improbable est, quod idem Pontifex contra cam disponere voluerit.

Eademque responsione, magis de plano tollebar objectum resultans ex licencia concepta per Clementem VIII. super hujusmodi alienatione, cum translatione omnium iurum, privilegiorum, & facultatum competentium dictis de Malachitis, etiam tenuisti, quoniam adverbatum, quod regulando voluntatem a potestate, id intelligentem erat, quatenus ageretur de iuribus, & privilegiis realibus, cum ipsa re transiunibus, non autem de personalibus, cum ob dictum obstatum configuratione Piane de non infundandis, ita tunc ut supra declaratam, tum ex iuris regulis, quod iuris, & privilegia personalia, & propter certam qualitatem concessa non tranferunt cum re, neque sunt alteri cessibilia, etiam cum sonis veritatis, itam questionem non esse iuris, & voluntatis, quod scilicet partes in contractum deducere voluerint, unde propterea attendendum est verisimile, vel inventificile, seu, an exinde unius, vel alterius contrahentis iniqua, seu laetus refutet, ut fatus bene advertit Alciat. conf. 36. sub tit. 4. vers. fortius pataverius. lib. 8. cum quo pertransi Rota apud Millip. d. decif. 3. n. 4. & generaliter alios colligunt Fufar. dict. qu. 399. n. 13. & 20. lib. 1. de materia divisionis, quis inter fratres, vel coniugios de feudibus, vel fideicommissari feri solet, id est, ut frequenter habetur, tam in materia ultimum voluntarium sub tit. de fideicommissis, quam in actibus inter vivos sub tit. de credito, & sub altero de contractib. ex Mantica de conjectur. lib. 3. tit. 3. num. 9. & de Tacitus lib. 2. tit. 7. n. 1. & seqq. Buratt. decif. 113. numer. 7. in Romana fideiustitia 24. Maij 1660. coram Veropio, & in aliis, immorandum non est in cortice, & figura verborum, & claudularum, cum hac provenire soleant a Notariis, ut plurimum illa transcribentibus ac corum formulariis, sed attendenda est substantia verisimilis voluntatis, desumenda ex omnibus facti circumstantiis, non singulariter, sed unitim, cum conserua regula, ut singula, que non proficiat & ac scilicet totam rem in perpetuum, ejusque substantiam, vel solum incertam alcant, ac jus temporis qui sententia voluerit.

Ita proposito autem, multa concurrebant aperte suadentia, ipsa rei substantiam in perpetuum, & tamquam liberam deducant ea, primo scilicet amplitudo verborum, cum promissione evictionis ex quoconque causa ut supra, quod fatus considerabile dicebant, non pro uno, & principali fundamento, sed pro uno ex administris; Secundo ex stipulatione pro haeredibus, & successoribus quibuscumque omnino incongrua emptioni feudorum, que ubi sunt vera, & propria ob defectum haeredum faginatis, subiecta devolutioni; Tertiò quia unum cum Castris vendita fuerunt quedam alia bona indubitate privata, & allodialia, & tamen contractus sub eadem formula verborum de omnibus parifactoribus conceperit eis; Quarto fortiter, quia cum inter hujusmodi bona adscient quedam emphectiva, & de directo dominio Ecclesie, reservatum fuit Beneficium, itaque bona expresa exceptuata fuerunt a genericis affectione, & promissione libertatis, unde ita exceptio juxta receptionem axioms, de quo decif. 24. part. 6. recent. & passim, quod libertatem firmat regulare generaliter in contractum; & Quinto demum fortissime, ac ad evidentiam, clarum refutabat argumentum ex quantitate pretio, quod in dicto docebatur respondere valorum illorum Castrorum, & bonorum Juristicionalium, que juxta naturam allodialium, a devolutione aliquis oneribus exempta fuit, ac libera dispositione ad quocunque transitoria; & recepta enim propositio est, premitum esse maximum argumentum voluntatis contrahentium, atque exinde defum, qui in conventionem deducuntur sit, Alio conf. 26. lib. 4. Gregor. & Addent. decif. 129. & alias, quotidianè, cum sit principium plenum.

Ensecundum, quod dicta conclusio de evictione non praefixa

14 stada ex natura rei, ex communis sensu limitatur, ubi illius expresa protiffio accedit, ut admittunt omnes collecti per Peregr. & Fufar. ibi suprà, Thefaur. d. qu. 23. n. 12. Surd. decif. 243. Capyc. Latr. confut. 148. n. 47. & seqq. Millin. d. decif. 3. & in terminis emphyteutis est pro absolute firmatur in Romana bonorum empby. 2. Aprilis 1666. coram Albergato, quo efft in causa inter Campeggios, & Bentivolos, de qua in sua materia sub tit. de empbytis.

Non negabant scribentes in contrarium veritatem limitationis, quae passim quoque receptaci in dicta alia regula deducta ex textu in lib. fundam scienc. C. de exiit, sed negabant applicationem ad factum, dum in Instrumento hujusmodi promissio non legebatur, unde major disputatio fuit, an illa promissio debeat esse expressa, & literalis, ut contradictebant scribentes in contrarium, vel potius sufficeret per sequi pollens deducte ex clausulis, & verbis generalibus de notariis promissio esse quemcumque catum, ut in predicti tenti verificabatur cum illis verbis, quodmodocumque sequitur, &c. ut ultra generalia, quae de hujusmodi dictio quicunque, sed quodmodocumque habent collecta apud Barboz. dict. 317. & 329. cum seqq. in his specialibus terminis promissionis evictionis de natura rei, ita implicite refutatur, firmatur dec. 152. num. final. p. 2. divers. dec. 176. num. final. p. 6. rec. & dec. 184. n. 9. cum seqq. part. 9.

Quamvis autem in his ultimis disputationibus, ego scribens pro actribus, tamquam Advocatus inhaerenter eidem moti, quibus dicti antiquiores inhaerent, ac de praetenti etiis defensiones inhaerent; dicebam tamen, etiam cum sonis veritatis, itam questionem non esse iuris, & voluntatis, quod scilicet partes in contractum deducere voluerint, unde propterea attendendum est verisimile, vel inventificile, seu, an exinde unius, vel alterius contrahentis iniqua, seu laetus refutet, ut fatus bene advertit Alciat. conf. 36. sub tit. 4. vers. fortius pataverius. lib. 8. cum quo pertransi Rota apud Millip. d. decif. 3. n. 4. & generaliter alios colligunt Fufar. dict. qu. 399. n. 13. & 20. lib. 1. de materia divisionis, quis inter fratres, vel coniugios de feudibus, vel fideicommissari feri solet, id est, ut frequenter habetur, tam in materia ultimum voluntarium sub tit. de fideicommissis, quam in actibus inter vivos sub tit. de credito, & sub altero de contractib. ex Mantica de conjectur. lib. 3. tit. 3. num. 9. & de Tacitus lib. 2. tit. 7. n. 1. & seqq. Buratt. decif. 113. numer. 7. in Romana fideiustitia 24. Maij 1660. coram Veropio, & in aliis, immorandum non est in cortice, & figura verborum, & claudularum, cum hac provenire soleant a Notariis, ut plurimum illa transcribentibus ac corum formulariis, sed attendenda est substantia verisimilis voluntatis, desumenda ex omnibus facti circumstantiis, non singulariter, sed unitim, cum conserua regula, ut singula, que non proficiat & ac scilicet totam rem in perpetuum, ejusque substantiam, vel solum incertam alcant, ac jus temporis qui sententia voluerit.

Et ita quae difficulaties circa evictionem cadere posset in predictis terminis evictionis, illa cessabat ex dicta promissione manuteneant veram dictam assertiōnem, quod hujusmodi Castra pleno jure domini spectarent ad venditorem, quodque alicui oneri, vel servituti subiecta non esset, ut in predicto, quoties promissa est defensio de jure, & de facto, ponderatur per Rot. decif. 143. n. 14. pars. 6. recent. & manus ad rem decif. 180. n. 4. post part. de Salviano, ita enim tempore obstat dicta obligatio manuteneant rem liberam nulli oneri subiectam.

ANNOTAT. AD DISC. XLIV.

D E evictione praefanda in feudi agitur supra dict. 32. & 33. & quando praefanda fit evictione, que sequatur de natura rei, ultra dicta deducatur, agitur ita de Regal. dict. 21. de empby. dict. 53. de fideicom. dict. 175. & de penf. dict. 69. De aliis autem circa facultatem disponenti, vel prejudicandi fucorribus, seu alias alterandas naturam feudi, atque de individuo facere dividuum, vel econtra, habetur supra in annot. ad dict. 9. & 12. Ibiique etiam de puncto, an dignitas, que de novo adjecta sit feudo, illius naturam alteret, seu candem patiatur restrictionem.

Et circa facultatem testandi in feudi, habetur infra in Neapolitan. seu Tbeatrina, dict. 116. occasione agendi, an filius/familia feudatarius testari valcat.

ARIMINEN. CASTRORUM

PRO CAROLO FERRETO

CUM LEONIDO MARIA DE SPADIS.

Causa dictis per Rotam pro Ferreto, & pendit.

An dignitas, seu titulus adiectus feudi, vel Castris alias libera dispositionis, cum ordine primogenitut, ita qualificet eorumdem feudorum, quod ista collectio plenaria conceperit eis; Quogat fortiter, quia cum directo dominio Ecclesie, reservatum fuit Beneficium, itaque bona expresa exceptuata fuerunt a genericis affectione, & promissione libertatis, unde ita exceptio juxta receptionem axioms, de quo decif. 24. part. 6. recent. & passim, quod libertatem firmat regulare generaliter in contractum; & Quinto demum fortissime, ac ad evidentiam, clarum refutabat argumentum ex quantitate pretio, quod in dicto docebatur respondere valorum illorum Castrorum, & bonorum Juristicionalium, que juxta naturam allodialium, a devolutione aliquis oneribus exempta fuit, ac libera dispositione ad quocunque transitoria; & recepta enim propositio est, premitum esse maximum argumentum voluntatis contrahentium, atque exinde defum, qui in conventionem deducuntur sit, Alio conf. 26. lib. 4. Gregor. & Addent. decif. 129. & alias, quotidianè, cum sit principium plenum.

S U M M A R I U M .

I. Fallit series.

II. Eret illa primogenitura in feudo, etiam per primum acquirentem revocari, vel alterari non potest, & n. 12.

III. Etiam familiæ venient in primogenitut.

- 4 A primogenituris ad fenda, vel è contra procedit argumentum.
 5 Malesci ex feminis venient sub fideicommissis, & dispositionibus, in quibus sibi masculi vocati sunt.
 6 Ex duabus dispositionibus, si una cessat, seu ulteriore progrexiuntur habere non potest, non per hoc cessat altera.
 7 Sub nomine linea masculina, qui veniant;
 8 Titulus, seu dignitas est quid diversum à fendo, vel Castro, & lex adjecta titulo non alterat legem, seu naturam fendi.
 9 De verisimili voluntate dantis, & recipientis pro interpretanda conceptione.
 10 Quandoque meliorantur datur ipsa res cum obligatione solvendi valorem status antiqui rei domino.
 11 Primum acquirens titulum oneroso disponit de fendo novo.
 12 Quando fecit, & declaravit conclusio, de qua n. 2.
 13 Facultas disponendi concessa erat successoribus, multo magis competet primo acquirenti.

D I S C . XLV.

Jacobus Malatesta possessor plurium Castrorum, iuxta seriem, de qua in alia Ariminum, civitatis Castrorum disc. preced. primum habuit Uxorem Cleopatram Zampestan, ad quam ex paterna successione spectabam Castra Roncofredi, & Monis Jani, pro quo rursum, vel recuperatione, vel detentione, plures lites sublineare coactus fuit; Defuncta vero dicta Cleopatra, superfite Leonida unicata filia, & herede nupti Ferretto, secundum duxit uxorem, ex qua suscepit Carolum Felicem masculum, & plures feminas, cuiusque ista Castra cum aliis unire in ejus prole, & descendenter masculina, hinc inter plures gratias, quas obtinuit a S. Pio V. occasione accessus ad bellum navale contra Turcas, sive illa, quod intuito magnarum impeneriarum, quas ipso pro dictis Castris recuperandis, vel defendendis passus erat, eadem (prævia illorum abdicatione) dicta Leonida congrue dota, vel dotanda) fibi concessa fuerunt, atque in eis infiniti unitis cum aliis ex sursum majorum successione ab ipso posseis, obtinuit etiæ dignitatem, seu titulum Marchionis, ad favorem ejus filiorum, & descendenter masculorum tantum, cum ordine primogenitura de primogenito in primogenitum masculum, ita tamen, quod defecta linea masculina, dictus titulus extinguitur, ac supressus remanebit; confirmata etiam, seu quatenus opus, de novo concessa facultate testandi, de qua particulariter in alia Ariminum. Post ejus gratia concessione, dictus Jacobus de anno 1539. omnia Castra predicta donavit Caroli Felici filio, & successore Leonido ex dicto Carolo Felice nepoti, jam nato, eorumque descendenter per lineam masculinam, quibus defecit, vocavit Victoria filiam, eaque non extante, succedere voluit Leonidum filium prefatam Leonidi filie ex primo matrimonio, & sic successore ejus descendentes cum eodem ordine primogenitura, quibus defecit, ad alias substitutionum gradus processit, ad rem non facientes.

Defecit dicta linea masculina inponit Leonidum donatoris nepote, tribus superstitibus filiis, quarum primogenitum Franciscum Isabellam, heredem scripsit, unde inter istam, ac praefatis, Vickiorum & Leonidum Ferrettum, orta est controversia super hujusmodi Castrorum successione, & introducta causa in Rota coram Pirovano, sub die 23. Januarii 1641. responsum fuit, successione debet juxta ordinem fideicommissari ordinari a dicto Jacobo, à qua tamen decisione recessum fuit sub die 29. Aprilis ejusdem anni coram codem Pirovano, sed reposito causa coram Merlino sub die 14. Februario 1642. recedendo ab ultimo, persistitum fuit in proprio loco decisio, extensa decisione per Dunozettum in locum Merlini interim defuncti subrogatum, & coram quo hac ultima resolutio confirmata fuit sub die 15. Junii 1643. à quo tempore, post alteram decisionem coram codem Dunozettum editam sub die 15. Junii 1644. super traditionibus, causa fuit usque ad 29. Maii 1655. quando ad instantiam Leonidi Mariae de Spatis Nepotis dicti Leonidi Malatesta ex Claudia Margarita altera filia dicti ultimi de linea masculina, & herede dictæ Franciscæ Isabellæ, rea sumpta disputatione coram Cerro subrogato super dubio, an sibi da. Castrorum successo competere, negativa prodit resolutionis dictis precedentibus conformis, & reproposita causa sub die 23. Februario 1668. persistitum fuit in decisio.

In his autem duabus ultimis disputationibus coram Cerro, in quibus ego scripsi in causa pro Ferretto obidente, cum de tempore precedentibus, ad curiam adiut accessum, reflectendo ad totius causa statum, omniumque

dicitum resolutionum veritatem, & sufficientiam, mihi videbatur, justè ac fundatè ita resolutum esse; Punctus enim difficultatis tonus erat super potestate d. Jacobi, hujus fideicommissi, seu ordinis succedendi conditoris, anteficer, stantibus dictis literis S. Pii V. per quas ordo primogeniture prescribitur, potuerit idem Jacobus, post defectam lineam masculinam, dictum ordinem pervertere, atque spretus masculis ex linea feminina ultimi primogeniti de linea masculina, transiit facere ad dictas alias lineas.

